EX LIBRIS
UNIVERSIDADE DE COIMBRA
FACULDADE DE LETRAS
E.__ T.__ N.__

Joaõ Mendes da Costa

280

Universidade de Coimbra
Faculdade de Letras
1317086289



OLIVERIVS VALERIVS MAXIMVS THEOPHILVS

VALERII Maximi priſcorum exemplorũ libri nouem: diligenti caſtigatione emendati: aptiſſimiſq; figuris exculti: cũ laudatis Oliuerii ac Theophili cõmentariis: Hermolai Barbari: Georgii Merulæ: Mar. Antonii Sabellici: Iani Parrhaſii: Raphaelis Rhegii: multorũq; præterea nouis obſeruationibus: Indiceq; mirifico per ordinẽ litteraꝝ: ad inueniendas hiſtorias nuper excogitato: Alteroq; in uſum grãmaticorũ ad uocabula rerumq; cognitionem.

Cum Gratia & Priuilegio.

UNIVERSIDADE DE COIMBRA FACULDADE DE LETRAS
Nº 8.401
Sala Est. Tab. N.º

## ADORNATISS. ADVLESCENT. STEPHANVM &c.

VAlerium Maximum publice priuatumq; domi prælegit hoc anno Ianus. ex eo q̃ tetra rerum uerborumq; portenta collatis exemplaribus: ingeniiq; ſollertia ſuſtulerit: q̃ uaria paſſim loca cimmeriis (ut aiũt) obducta tenebris: utriuſq; linguæ excuſſis auctoribus illuſtrarit: ipſe teſtis es optimus. qui tanto litterarum deſiderio flagras ut nullo nõ die pendeas ab eius ore. Libuit hæc efflagitata toties impreſſoribus edenda tradere in comunem ſtudioſæ iuuentutis utilitatem: tibiq; nuncupare quem Ianus ex omnibus ſuis auditoribus plurimi (nec iniuria) facit. optatq; & augurat (ut ab eo ſæpius accepi) quandoq; euaſurum ad ſummum uirtutis & honorum faſtigium: fretus indole quæ in te cæleſtis elucet: clariſſimo maiorum tuorum digna ſplẽdore: & Auguſtino patre qui iuris humani diuiniq; conſultiſſimus: inter regios Senatores eminentiſſimum locum tenet: auctoritate gratiaq; nemini ſecundus. quas ei non ambitus & prenſatio: ſed integritas & æqui tenax obſeruantia cõciliat: ingenuarumq; artium non in ſe modo ſtudium: ſed in aliis etiam patrocinium. Quis enim uel eloquentia? uel iuris interprætatione? uel philoſophia? uel aliqua eruditionis opinione cenſetur? quem non amplectatur & enixiſſime foueat? Inde cõſecutus eſt: ut eum uenerentur & obſeruent inferiores: æquales colant: principes ornent. An mentiri me ſinent? potẽtiſſimus gallorum Rex: Inſubriumq; Dux Ludouicus: a quo ſponte lectus in ſanctiſſimum ſenatum? Iuliuſq; ſecundus Ponti. Maxi. cui ita carus eſt: ut illi in tanta rerum mole dignitas & amplitudo tua curæ ſit. Extant eius ad te diplomata: cum ſumma uoluntatis in te declaratione. Non te fugit (ut uideo) quantum oneris diuino ſuo iudicio tibi iniunxerit. Ideoq; diu noctuq; das operam: ne quid ex optimis diſciplinis: in quibus ab ineunte ætate uerſatus pater excellit: in te deſideretur. Equidem maxime uellem: eam mihi facultatem dari: quæ poſſet hanc inexplebilem tuam diſcendi ſitim propriis lucubrationibus & ſi non extinguere ſaltem ſedare. Sed quoniam nondum per ætatem licet: habebis interea Parrhaſii tui non minus accurate emendata: q̃ luculenter expoſita quædam Valerii loca. quæ tuo nomine publicauimus. Additis in Corollarium: ſi qua cæteri quoq; noſtri temporis grammatici profeſſores eius generis emiſerunt. q̃ ſuis quæq; nominibus & auctoritati reddidimus. ne quenq̃ ſua laude fraudemus: idẽq; nobis eueniat: quod nuper impreſſori *cuidam Minutiano* qui quom bonam partem Liuianarum caſtigationum quas triennio iam Parrhaſius (ut ſcis) ex bello Macedonico frequenti promulgauit auditorio: pro ſuis edidiſſet: non minorem Cachinnum in ſe excitauit: quã uel Aeſopi uel Horatii cornicula furtiuis nudata coloribus. Hæc noſtra quamq̃ non dubito ſtudioſis omnibus grata fore: tamen ut ſecus accidat: operæprecium me tuliſſe exiſtimabo: ſi tu faterq; tuus hilaris & ameni puer ingenii Nicolaus: quibus labor hic noſter deſudat æqui boniq; conſuletis. Id ſi feceritis (ut ſpero) forſan ad maiora mihi adiicietis aculeos: Vale.

## ¶ Petrus Brutus Epiſcopus Catharenſis: Oliuerio Suo Oratori Cariſſimo. S. P. D.

LEctis litteris tuis doctiſſime Oliueri mecum cœpi animo uoluptate Comici noſtri ſententiam:
bone deus homo homini quid præſtat. Cunq; ingenii mei uires ipſe metiri diligentiſſime cœpiſ/
ſem: iure mihi atque merito de fortuna conqueri uiſum eſt: quãdo multos annos ipſe omni ſtu/
dio non ſine magna lucubratione & labore aſſiduo litterarum ocio medicauerim: & illud mihi
præ ſingulari ingenio tuo: & incredibili doctrina fateri liceat: me nihil ſcire. Quod & ſi mihi gra/
ue eſt atq; moleſtum: non cado tamen animis: lectitans in Valerium Maximum Cõmentaria illa
tua quod litterarum bene olentibus floribus ætate iam ingraueſcente ipſe non exornari queam. quandoquidẽ
& Cato ille Cenſorinus ſenior iam effectus litteras græcas diſcere non erubuerit. In ipſis nãq; Commentariis a
maioribus noſtris præclariſſime geſta: tam græcis q̃ latinis cum quadam dicendi elegantia & uenuſtate ita aper/
te atque dilucide complexus es: ut pro adipiſcendis litteris: pro inſtituendis moribus: pro uita bene agenda uni/
cum & rectum ueſtigium inde facile ſibi excipere quiſq; poſſit. Quamobrem omnes ſi te optimis inſtitutis tuis:
ſi ingenio: ſi doctrina atque uirtute alterum Omnibonum doctorem tuum prædicant & admirantur. non eos
quidem fallit opinio: quando his temporibus nihil dignius: nihilue conducibilius ſtudioſiſſimis litterarum af/
ferre potuiſſes. nam quæ uel longius uel ob nimiam breuitatem obſcurius alii conſcripſerunt: tua hæc profecto
egregia enarratio clarius in pauca accuratiſſime redigit: & unico ferme argumento ſingula mirifice complecti/
tur. neq; quod ad ueritatem hiſtoriæ atque cognitionem attinet: prætermiſiſti quicquam: prætuliſti ſane uim
quandam hominis naturæ ad ſe uirtutibus omnibus ornandum: ut quem tecum in omni litterarum genere
conferre poſſim habeam neminem. Quid enim præclarius aut maximarum rerum: aut uirtutis: aut ſapientiæ
actum: quod a te uiro doctiſſimo diſcuſſum non ſit & illuſtratum? quantuſq; in ipſis ſplendor ſit uirtutis atque
gloriæ: quantuſq; admirabilis fructus rerum omnium oſtenditur legentibus accurate: neq; de moribus ſolum
& uita hominum: quod quidem eximium eſt. Sed de uirtutum natura & rebus humano ſenſui pœne occultis
cum omni differendi ratione & dignitate monumenta in ipſis tradita cognoſcuntur. & ad fœlicitatem compa/
randam: & ad beatitudinem conſequendam nihil magis accidere potuit: hæc tua profecto inter alia quæ lege/
rim omnia facundia quadam & dignitate præcipua longe eminent & excellunt: quæ ſi quis præclare ſimul & re
cte domiq; & foris tam in rebus ſecundis quam aduerſis ſibiipſi cõſulere cupiat aſſidua lectione pertractet. Ar/
bitreturq; in primis diuinum hoc opus ſcribi non ad fidem hiſtoriæ faciundam ſolum: ſed ad contemplandam
effigiem omnis uirtutis & humanarum diuinarumq; rerum exemplum ſtabile atque firmum: quam gratum
igitur & iocundum id muneris litteratiſſimis omnibus futurum ſit: uel ex hoc maxime cognoſci poteſt: quod
te oratum uoluerint totiens: ut hæc æditio a te fieret ad bene beateq; uiuendum mortalibus aliquid deeſſe ui/
deretur. Quapropter mi Oliueri doctiſſime: hic tuus labor: hæc tua induſtria haud minus ꝓfecto: ſed plus mul/
to q̃ eorum qui ante nos fuerunt uiri peritiſſimi ciuitatem noſtram Vicentinam extulit & decorauit: tametſi ni/
hil fuit aut ad humanum uſum: aut ad diuinum cultum: aut ad immortalem gloriam obtinendam: quod Vi/
centini noſtri uiri clariſſimi non diſcuſſerint: non illuſtrauerint. Fuit enim (ſi recte memini) Rhemnius ille Pa/ Rhẽ/nius Palæ/mon
lemon Vicentinus: qui artis grammaticæ miro quodammodo & artificio præcepta quædam memoratu digna
tradidit. Quibus nec Diomedes eruditius: nec Priſcianus illuſtrius tradere potuerunt. Fuit Antonius Luſcus qui
eximio quodam ordine & arte præcipua in quaſdam Ciceronis orationes elegantiſſime ſcripſit: fuit & Gaieta/
nus Thienæus: qui cum omni academia & dialecticæ atq; philoſophiæ mirum in modum potuit decertare. fuit
Ioannes Portus utriuſq; iuris in Patauino Gymnaſio clariſſimus interpres. Omittam Matheum biſſarium elo/
quentiſſimum oratorem. Guilhelmum paiellum in perſuadẽdo alterum Ciceronem: Miſſumq; faciam Omni/
bonum in dicendo & græce atq; latine ſingularem & admirabilem uirum: Franciſcum Malchiauellum iuriſcõ/
ſultum. Qui rebus publicis atque priuatis ingenio ſuo ac legibus mirifice conſulebat: & oppreſſis ſolus defenſor
ſine ſpe ulla præmii opem ferebat: quod & ipſe apud me totiens in agendis cauſis expertus in libello meo de uir/
tutis amplectenda hominem patrem patriæ iure atque merito appellaui. fuit Alexander neuius iuris pontifici
unicum decus. fuit Leonar. nogarolus ſummus Theologus uenerandus pater ille. Qui illuſtrandæ ueritatis cau/
ſa: ſanctorum patrum ſcriptis & rationibus quamplurimis benedictæ uirginis conceptionem adeo illuſtrauit:
ut in poſterum ab aliquo impugnatum iri uideam minime: niſi ab imperito & male ſano: ob quam rem cele/
berrimum: ut ita dixerim officium ab eo confectum: & a Sixto pontifice maximo perlectum: fuit ſummopere
approbatum: fuerunt & alii noſtræ urbis magno & excellenti ingenio atque doctrina uiri: quos quidem ne di/
uagetur oratio ſilentio prætermittam. Si de te tantum mi Oliueri dixerim quod de uiro probiſſimo dici poteſt:
qui non minus eruditione quam facultate ingenii pollens tantum hac noſtra ætate cæteris præſtas: ut te non
inferiori decore atque gloria inſignitum ueluti firmiſſimum omnium uirtutum fundamentum ratione & ui
quadam naturæ omnes te inquam obſeruent & quaſi uenerentur: quod autem altera æditio minus erudita: uel
potius arida: & inculta ab impreſſoribus nuper facta Omniboni titulo aſcribatur: non eſt cur quiſquam ad/
miretur: cum & deteriora agere non pudeat Auri ſacra fame: ut ille ait: temerarios impreſſores: & doles ita factũ:
parce quæſo huic dolori: quando. quidem Omnibonus ſuopte ingenio: ſingulari eloquentia: & admirabili do/
ctrina ſeſe tueatur atque defendat: non latent (mihi crede) litteratiſſimos omnes in omni dicendi genere oratio/
nes græcæ atq; latine huiuſmodi præclariſſimi uiri: & illud in primis in Ciceronem de oratore ſcriptum im/

mortali laude dignum:& qua ingenii magnitudine:qua ui orationis:qua elegantia & maieſtate fuerit elucubra
tum:fugit profecto neminem. Ex quo illius nomen in omni ætate celebrabitur perpetuum & immortale:& im
mortali gloria extollet:hæc eſt uera hominum laus:hæc illuſtres uiros in cælum tollit:hæc breuitatem uitæ no/
minis immortalitate compenſat. Quod autem enarrationes tuas tuo Bruto epiſcopo Catharenſi dicare cenſue/
ris:ago tibi gratias & habeo:& tanti muneris non immemor:ſpero me tibi quandoq; relaturum. Opus quidem
mihi peculiare eſt & gratum & periocũdum:ſuauiſſimumq; erit atq; dulciſſimum ocium mihi. Stude igitur mi
Oliueri & enitere:ſi me diligis:ſi me gratũ exiſtimas:ut diligentiſſime atq; rectiſſime imprimantur:ne impreſſo
rum incuria & imperitia:quod frequentius fieri ſolet:uerborum ſtilum atq; orationis ſeriem:nec non & digni/
tatem operis peruertant atq; contaminent. De brutoꝝ uero familia:quæ ut ais totum eſt celebrata per orbem:&
antiqua originis uetuſtate referta:quo ingenio:qua prudentia:qua animi fortitudine romanum imperiũ liber/
tate donauerit:pace conſeruauerit:latini codices ſatis admonent:atq; explicant. De ipſa nãq; nihil in mediũ affe/
ram quando qui genus ſuum iactat:ut inquit tragicus ille:alienum laudet. Tu ipſe præterea Venetæ ciuitati mul
tum tribuis:facis tu ut ſoles ac debes urbem de omni genere uirtutis benemeritam ſũmis efferre laudibus; qua
ſane ob ſingulares uirtutes & res omnes ſapiẽtiſſime a ſe geſtas opibus auctoritate gloria atq; dignitate ĩdies ma
gis illuſtratur & fulget:omittam admirabilem & pœne incredibilem urbis ſitum: ædificiorumq; alta atq; præ/
ſtantiſſima ornamenta. Quales enim uiros ſemper habuerit hæc ciuitas:qua iuſticia:qua fide:qua conſtãtia:quo
conſilio:qua ſapientia perornati extiterint:inſtitutis ſuis atq; moribus:legibus:decretis atq; imperio facile digno
ſci poteſt:quæ unquã reſpu. (pace dixerim aliarum) præſtantius atq; ſapientius gubernata extit: nec non pacis ſo
lum:ſed etiam belli opportunis artibus:nec maritimis tantum:ſed etiam terreſtribus mirum in modum ualet:
quos ſumptus:quos labores:quæ rerum diſcrimina pro religione ſeruanda:pro fide augenda ſubierit hæc ſan/
ctiſſima ciuitas:nullus eſt qui non ſatis ſuperq; ĩtelligat. Omnia iam meo iudicio chriſtianæ fidei ſubiecta ab im/
maniſſimis barbaris:a ſeuiſſimis turcis chriſtianæ fidei hoſtibus capta ſpoliata direpta & exhauſta forẽt:niſi Ve/ Vene/
netoꝝ conſtantia & animi magnitudo defendiſſet & conſeruaſſet:quæ res maximæ admirationi ut eſſe debet torum
ita profecto eſt q totam Italiam & chriſtianos omnes conſilio ſuo facultate & opibus foueat:iuuet:& tueat:atq; laus
conſeruet hoc ſane ut dixerim non fecit patriæ amor:q in ea natus & educatus fuerim: ſed res ipſa pro uarietate
tuenda me impulit & inflammauit:tametſi quæ geſta fuerũt a Venetis maiora ſunt & clariora q̃ ut mea dictione
egere uideantur ſed mittam hæc:& id exequar quod officium ſuadet obſecrans omnes:qui litteraꝝ ſtudio dele/
ctantur:qui diſciplinis qui uirtutibus & uitæ bene inſtitutæ fauent hoc opus ſanctiſſimum amplectantur:huic
omni ſtudio incumbant. Hoc legant & perlegant ſæpius:& in gymnaſio ſuo atq; bibliotheca ſiue quocũq; ſe con
tulerint de manibus nunq̃ ponant:ut cum præſtantiſſimis ingeniis atq; uiris illuſtribus ſe adæquauerint: glori/
entur quandoq; immortalitate nominis ſui. Tu igitur mi Oliueri da operam & incũbe ut id operis quãprimũ
imprimatur:ut admirandæ doctrinæ tuæ atq; uirtutis teſtimonium omnes ualeant perhibere. Tu uale & me ut
ſoles ama clariſſimum ſydus Vicentini agri: Vicentiæ. XI. Kalendas Ianuarii.

¶ AD Reuerendiſſimum in Chriſto patrem & dominum dominum Petrum de Brutis beni/
gnitate Diuina Epiſcopum Catharenſem Oliuerius Arzignanenſis.

QVanquã mihi negatum erat ocium Reuerendiſſime Pater:ut inter graues & continentes erudien
dæ iuuentutis aliarũq; rerum multaꝝ occupationes:nihil a me promi:nihil edi poſſe uideretur:
quod elaboratũ ingenio:lucubratũ induſtria in litterario ſenatu digne recitari probariq; poſſet:
negare tamen ipſe non potui:nec fas eſſe duxi Iacobo Leoniceno clariſſimi uiri Omniboni filio:
& mihi ſpirituali quadã neceſſitudine coniũcto præſertim a me iuſta petenti & præclara cupien/
ti:ut Valerii Maximi monumenta:quæ uolumine breui compræhenſa multis interdũ obſcurio
ra uideri ſolent:quacũq; poſſem oratione explicarẽ:in mediũq; proferrem ad hũanitatis & diſciplinæ propaga/
tionem ad cõmunẽ ſtudioſoꝝ hominũ utilitatem. Cui qdem hoc a me ſæpius afflagitanti multũ ac diu relucta/
tum fuiſſe non negauerim quoniã ſuſcipere tanti auctoris interprætationẽ q̃ non modo facultate conſequi: ſed
etiã cogitatione complecti difficile foret:quippe ubi omnia ferme omniũ rerũ exempla:ex multis & pœne innu
merabilibus tam græcorũ q̃ latinoꝝ uoluminibus eſſent non minus diligenter inquirenda: q̃ fideliter referen/
da:non meum eſſe cenſebam:q̃ uererer repræhenſionem doctorum hominum atq; prudentum: ſed eorum q
maiori ocio:acriori ingenio:exquiſitiori doctrina:præſtantiori facũdia de ſe talia profiteri & conſequi poſſunt.
Sed cũ huiuſcemodi rei nuper facta eſſet ab impræſſoribus æditio quædam temeraria ſatis ut arbitror:& ea fal
ſo quidem Omniboni oratoris eximii titulo abumbrata:ut eius auctoritate uenalior fieret ac præcioſior:id mi
hi neceſſe quodãmodo duxi:quod Iacobũ Leonicenum magnopere uelle intelligerem: nec aliter boni uiri gra/
tiq; diſcipuli officiũ tueri poſſe uidebam niſi præceptorem optimũ de me:de patria:de litteris:de lingua noſtra:
de romana dignitate optime meritũ qbus poſſem ſtudio:& induſtria uindicaſſem:& a turpiſſima qua uidebat
iniuſtus nota terſiſſem:nam cum boni ſi qd in nobis eſt id totum ab uberrimo tanti præceptoris fonte manarit:
hæc quoq; commentaria noſtra ſiqd ualent ad eum referant neceſſe eſt. Et cum eo malignitatis & impudentiæ
quorũdam impreſſoꝝ acceſſerit auaritia:ut dum ſuæ utilitati conſulant:alienæ dignitati inſidiari non dubitent
quippe qui pallacini cuiuſdam imperiti hominis nugas a doctiſſimo uiro Calphurnio nõ ſolum damnatas: ſed

ita reiectas:cum eius limatiſſimæ correctioni traderent ut diceret ſe malle noua componere q̃ iam mēdoſa corri-
gere has inq̃ nugas tāto uiro aſcribere auſi fuerūt. Satius eſſe duxi periclitari qd poſſent exiguæ ingenii mei uires
quā rei magnitudine deterritum ab officio omnino deſiſtere. Nā ſi minus quantum uelis afferas:boni:at quantū
poſſis attuliſſe laude nō careat:neq;.n.ubi ſunt ſua præmia debent ſtudia noſtra langueſcere:qđ non eo peruenia-
mus quo uolūtas ferat:ſed multomagis intēti ut officioſi hoīes aliquo potius numero uideamur fuiſſe q̃ nullo.
Itaq; feci eoq; propenſius:quo rem iſtam non ſolum honeſtam & utilem:ſed prope neceſſariam eſſe iudicarem:
ne præclara adoleſcentum ingenia obſcuris aliorum ambagibus: uel ut uerius dicam:deliramentis in maximos
deducerentur errores:turpiſſimamq; rerum ignorantiam:falſas & fictas hiſtorias lectitando. Quantū uero uti-
litatis afferat Valeriana diligentia ſui ſtudioſis:uel ex eo cognoſci poteſt: ꝙ nullum ferme hominū genus inue-
niri poſſit:cui non aliqua ex parte conſuluiſſe uideatur:cum ille per omnia ferme omnium ſcriptoꝝ monumen-
ta:tanq̃ per redolentia prata diſcurrens:multiplici flore ueſtita: pulcherrimarum rerum ueluti florū ſpecioſiſſi-
mam ſibi coronam confecerit:digniſſima quæq; legendo: nam uirtutis & uicii nullum genus reliquit intactū:
unde habeant homines:& imitari quod cupiant & fugere quod oporteat:hoc enī opere ſuo:ut præceptoris mei
uerbis utar:complexus eſt diuinarum humanarumq; rerum præcipua quæq; ut ab egregiis illa quidem uiris
edita deligi potuere. Hinc ſcilicet habetur quo iure homines egregiam laudem:qua ue iniuria dedecus omne
incurrerint. Habent ſacris religionibus dedicati quo pietatis honore colent faſq; bonumq;: q̃ deinde turpitudi-
nis nota metuant ſceluſq; nefaſq;. Habent rerum publicarum reges & principes:quibus eas inſtitutis maiorum
meliores efficere poſſint:quibus & artibus ſeditiones in populum ſerere pernitioſi homines conſueuerint:ut ea-
rum artium turpitudinem abominentur. Habent adoleſcentes:quæ nam egregiæ indolis præclara facinora imi
tentur:quæ rurſus indignitatis & ignauiæ conuicia declinent. Hinc fortitudinis & patientiæ fructus uberior:
Hinc conſtantiæ gloria maior exoritur. Hinc rebus omnibus modum imponere diſcimus:ut amicitiis geren-
dis ac inimicitiis:ne aut in his remiſſiores:aut illis uehemētiores q̃ oporteat ſimus:hinc abſtinere a flagitiis:con
tinere libidines:tolerare pauperiem:turpia uereri:pietatem colere:ſeueritatem obſeruare docemur: Hinc nobis
coniugalis amor carior efficitur:amicitia iocundior liberalitas clarior:humanitas præſtantior:clæmentia nobi-
lior:huius præceptis inſtruuntur:qui gratitudinis laudem ſibi comparare ſtudent:qui obnixius ingratitudinis
nomen effugere contendunt. Huius peritia maiorem in modum iuſticia colitur:fides obſeruatur:pudicitia reti-
netur. Huius admonitione maxime iuuantur:qui ſapientius conſulere. Aſtutius prouidere:induſtrioſius agere
uoluerunt. Hinc quoq; ocioſa ſenectus inuenire poteſt quo ſe ſtudio oblectet atq; negocio:hinc luxuries atq; li-
bido q̃ deteſtabiles ſint facile percipitur. Hic crudelitas:Ira:Odium:Auaritia:Superbia:Impotentia: Perfidia:quā
contrariæ ſint naturæ hominum planius oſtenditur. Poſtremo quoniam Valerianæ diligentiæ non poſſumus
omnia narrata percurrere:ex his ſatis conſtare arbitror q̃ perutilis ſit liber iſte:ubi uirtutū omnis generis ima-
gines collocatæ ſint:illæ quidem multo expræſſiores & imitari potius quā intueri iocundæ: quas non ære aut
marmore phidias:aut Apelles ſiue Lyſippus:ſed tantum libris ſuis ſcriptor diligentiſſimus reliquerit incorru-
ptis litterarum monumentis perpetuo duraturas: quas impudentiſſima quadam temeritate neſcio quis attin-
gere auſus dum ſpectandas hominibus illuſtriores ſe reddere poſſe putat:maxime deformes & obſcuriſſimas
reddidit:quare nos multorum & clariſſimorum hominum:tam græcorum q̃ latinorum hortatu compulſi:&
eorum ope atq; opera adiuti. Illas in ſuum priſtinum decorem reuocare ac reſtituere quæ curauimus: & fœli-
citer ſatis nos aſſecutos eſſe ſperamus. Hoc igitur opus noſtrum qualecūq; eſt tuæ reuerendiſſimæ dominatio-
ni dedicatum ad te mittimus:ut illud dum licet per occupationes totum percurras: & ſi tanta dedicatione tibi
dignum uidebitur tuo nomini iubeas inſcribi:ut tua auctoritate munitum audatius prodeat in publicum: nā
iudicio tuo comprobatum ſatis ſcio malignitatis aculeos non ualde poſſe exhoreſcere. Quis enim niſi male ſa
nus iudicium imbrobaret æquiſſimi uiri doctrina & litteris excellentis:ingenio & ſapientia præditi:iuſticia &
integritate referti:fide & innocentia probati:religione & ſanctimonia pleni:qui probitatis defenſor: malignita
tis oppugnator:perpetuam ſibi pro nobis contra improbos propugnationem ſuſcipere conſueuerit? Non com
modum uidetur eſſe reuerendiſſime pater:imperorata iam præfatione noſtra tuas uelle laudes recenſere: quæ
quidem eiuſmodi ſunt:ut una quæq; ſuum tempus ſuum locum ſuam orationem deſideret. Nam brutorum
familiam toto orbe celebratam & tanta originis uetuſtate refertam:ut prima Romanæ libertatis parens:eiuſ-
demq; ſeueriſſima cuſtos fuiſſe dicatur: ſi nunc in medium afferre:& explicare uoluero tantæ primordia do-
mus per tot ducta uiros antiqua ab origine gentis:ſi præterea tuam inclytam patriam urbem Venetam:in qua
natus:in qua educatus:in qua ad honores & dignitates prouectus es:quæ omnium iudicio atq; conſenſu meri-
to dicitur Maris Regina:orbis conſilium:regum:principum:& omnium gentium profugium:libertatis patro-
na:iuſticiæ parens:religionis mater: fidei columē. Italiæ ſplendor: in qua omnis illa ſpartanorum athenienſiū
& Romanorum ſepulta potentia & gloria reuiuiſcit. Si deniq; tuas eximias uirtutes:quibus merito uideris cū
omnibus & eorum qui maximi habentur:& ſapientia animi:& innocentia uitæ:& magnitudine conſilii:& li-
beralitate naturæ:& excellentia doctrinæ:& ſcientia rerum:& religionis obſeruantia:& fidei conſtantia:& om-
ni deniq; laudis genere poſſe conferri:ſi hæc inquam omnia commemorare uoluero:non erit mihi oratio clau
denda:ſed hiſtoria magis inchoanda. Itaq; omittam atque in aliud tempus differam:& ſi noſtrum multarum
uigiliarum munus tibi gratum fuiſſe cognouero. Primum illud: ut nomini tuo imprimatur operam dabo.
Alia deinde parabo dominationi tuæ deſtinanda. Nam quicquid litteris:quicquid ſtudio:quicquid induſtria:

quicquid ingenio conſequi potero id totum ad arbitrium tuum referam. Quos autem in hoc opere ſum auctores imitatus: quoſque dictorum meorum teſtes adduco: Hiſtoricos: Poetas: Oratores: Grammaticos: atque Philoſophos: Græcos: Latinos: & Hebreos. Numero ſupra centum & uiginti. Omnes hic breuiter collecti oculis tuis ſubiiciuntur.

Plinius de hiſto. natura.
Plinius de uiris illuſtribus
Titus Liuius Patauinus
Marcus Cato
Aulus Gelius
Lucius Florus
Saluſtius Criſpus
Valerius Antias
Iuſtinus
Solinus
Frontinus
Vegetius
Iulius Celſus
Iulius Cæſar
Suetonius
Cornelius Balbus
Cornelius Nepos
Fabius
Selius
Gelius
Sabinus Maſurius
Seruius Sulpitius
Lactantius Firmianus
Pomponius Mella
Fauorinus
Aemilius Probus
Quintus Curtius
Aſinius Pollio
Oroſius
Ioſepus
Diomedes
Macrobius
Clodius Licinius
Euſebius
Fauonius
Caſſiodorus Siculus
Diodorus Siculus
Helius Spartianus
Strabo
Dionyſius Alicarnaſeus
Plutarchus
Tuditanus
Eutropius
Thucidides
Herodotus
Philiſtius
Ptolemæus
Quadrigarius
Hermippus
Diocles
Plinius Orator
Marcus Cicero
Quintilianus
Demoſthenes
Demetrius
Theopompus
Theodectes
Naucrates
Iſocrates
Virgilius
Oratius
Iuuenalis
Perſius
Lucretius
Lucius Craſſus Orator
Ouidius Poeta
Lucanus
Terentius
Seneca
Statius
Propertius
Ennius
Martialis
Petrarcha
Archilochus
Theocritus
Homerus
Symonides
Plautus
Heſiodus
Pacuuius
Syllius
Ariſtoxenus
Seruius Honoratus
Priſcianus
Aſconius Pedianus
Varro de lingua Latina
Nonius Marcellus
Feſtus Pompeius
Laurentius Valla
Ioannes Tortellius
Leonardus Aretinus
Beatus Thomas
Beatus Auguſtinus
Beatus Hieronymus
Ariſtoteles
Plato
Archimenides
Syropus
Chryſippus
Solon unus e Septem
Heraclydes
Antiſthenes
Diogenes
Ariſtippus
Pytthacus unus e Septem
Ariſtophanes
Eſchines
Theophraſtus
Caliſthenes
Cares
Apuleus
Dicæarchus
Apollodorus
Thraſylus
Socrates

## COMPENDIOSA VITA VALERII MAXIMI.

VAlerius Maximus ciuis Romanus Patricio genere natus omnem puericiam & magnam adoleſcentiæ partem litteris percipiendis & honeſtis artibus dedit: inde ſumpta uirili toga ſe contulit ad rei militaris diſciplinam: ubi aliquādiu ſtipendia feciſſe & in Aſiam cum ſexto Pompeio nauigaſſe dicitur: unde reuerſus cum uideret ſe patriæ ſuæ tā benedicendo q̄ benefaciendo poſſe prodeſſe: a quo incœpto ſtudio militiæ gloria detinuerat: eodem regreſſus ſtatuit urbis Romæ exterarumq; gentium facta ſimul ac dicta memoratu digna: ut ipſe fatetur: litterarum monumentis commendare: quod fœliciter & glorioſe conſecutus eſt. Floruit autem Tiberii Cæſaris temporibus & ſub eius imperio hanc ſcripſit hiſtoriam: cuius etiam numen inuocat. Imperatores enim Romani cum uirtute ſua iuſte ſancteq; geſſiſſent imperium diuino celebrabantur honore & in deorum numerum transferebantur: unde etiam diuos Imperatores appellamus. genus uero ſuum paternum a gente Valeria: Maternum a Fabia duxiſſe fertur: unde Valerius Maximus ex utraq; familia ei nomen eſt: de cuius morte certi nihil poteſt afferri.

# ELENCHVS LIBRORVM VALERII MAXIMI.


| | | |
|---|---|---|
| **Primi Libri.** | | |
| De ſeruata religione | cap.i. | car.i. |
| De neglecta religione | cap.ii. | car.vi. |
| De ominibus | cap.iii. | car.ix. |
| De prodigiis | cap.iiii. | car.xi. |
| De ſomniis | cap.v. | car.xv. |
| De miraculis | cap.vi. | car.xix. |
| **Secundi Libri.** | | |
| De inſtitutis antiquis | cap.i. | car.xxvi. |
| De diſciplina militari | cap.ii. | car.xxxix. |
| De iure triumphandi | cap.iii. | car.xliii. |
| De cenſoria nota | cap.iiii. | car.xlv. |
| De maieſtate | cap.v. | car.xlvii. |
| **Tertii Libri.** | | |
| De indole | cap.i. | car.xlviiii. |
| De fortitudine | cap.ii. | car.l. |
| De patientia | cap.iii. | car.lviii. |
| De his qui infimo loco nati clari euaſerunt | cap.iiii. | car.lx. |
| De his q̄ a parentibus claris degenerauerunt | cap.v. | car.lxii. |
| De his qui cultu corporis ſibi nimium indulſerunt | cap.vi. | car.lxiii. |
| De fiducia ſui | cap.vii. | car.lxiii. |
| De conſtantia | cap.viii. | car.lxvii. |
| **Quarti Libri.** | | |
| De moderatione animi | cap.i. | car.lxxi. |
| De his q̄ ex inimicis iūcti ſūt amicitia | ca.ii. | car.lxxvii. |
| De abſtinentia & continentia | cap.iii. | car.lxxix. |
| De paupertate | cap.iiii. | car.lxxxiii. |
| De uerecundia | cap.v. | car.lxxxvi. |
| De amore coniugali | cap.vi. | car.lxxxvii. |
| De amicitia | cap.vii. | car.lxxxix. |
| De liberalitate | cap.viii. | car.lxxxxii. |
| **Quinti Libri.** | | |
| De humanitate | cap.i. | car.lxxxxiiii. |
| De gratitudine | cap.ii. | car.lxxxxix. |
| De ingratitudine | cap.iii. | car.c.ii. |
| De pietate erga parentes | cap.iiii. | car.c.vii. |
| De pietate erga fratres | cap.v. | car.c.x. |
| De pietate erga patriam | cap.vi. | car.c.xi. |
| De parentum amore & in dulgentia in liberos | cap.vii. | car.c.xiiii. |
| De parentum ſeueritate aduerſus liberos | cap.viii. | car.c.xv. |
| De parentum moderatione aduerſus ſuſpectos liberos | cap.viiii. | car.c.xvi. |
| De parentibus qui obitum filiorum forti aīo tulerunt | cap.x. | car.c.xvi. |
| **Sexti Libri.** | | |
| De pudicitia | cap.i. | car.c.xvii. |
| Quæ libere dicta aut facta ſūt. | cap.ii. | car.c.xx. |
| De ſeueritate | cap.iii. | car.c.xxiii. |
| De grauiter dictis aut factis | cap.iiii. | car.c.xxvi. |
| De iuſticia | cap.v. | car.c.xxvii. |
| De fide publica | cap.vi | car.c.xxx. |
| De fide uxorum erga uiros | cap.vii. | car.c.xxxi. |
| De fide ſeruoꝝ erga dominos | cap.viii. | car.c.xxxii. |
| De mutatione moꝝ & fortunæ | cap.ix. | car.c.xxxiii. |
| De ſublimitate a ſtatu humili | cap.x. | car.c.xxxiiii. |
| De uarietate caſuum | cap.xi. | car.c.xxxv. |
| **Septimi Libri.** | | |
| De fœlicitate | cap.i. | car.c.xxxviii. |
| De ſapienter dictis aut factis | cap.ii. | car.c.xxxix. |
| Vafre dicta aut facta | cap.iii. | car.c.xliiii. |
| Strategemate | cap.iiii. | car.c.xlviii. |
| De repulſis | cap.v. | car.c.l. |
| De neceſſitate | cap.vi. | car.c.li. |
| De teſtamētis q̄ reſciſſa ſunt | cap.vii. | car.c.liii. |
| De teſtamētis q̄ rata māſerūt | cap.viii. | car.c.lv. |
| Qui aduerſus opiniones hominum hæredes habuerunt | cap.viiii. | car.c.lv. |
| **Octaui Libri.** | | |
| Infames rei quibus de cauſis aut damnati aut abſoluti ſunt | cap.i. | car.c.lvi. |
| De priuatis iudiciis | cap.ii. | car.c.lx. |
| Quæ mulieres pro ſe aut pro aliis cauſas egerunt | cap.iii. | car.c.lxi. |
| De quæſtionibus | cap.iiii. | car.c.lxi. |
| De teſtibus | cap.v. | car.c.lxi. |
| Qui quæ in aliis uindicarunt ipſi commiſerunt | cap.vi. | car.c.lxii. |
| De ſtudio & induſtria | cap.vii. | car.c.lxiii. |
| De ocio | cap.viii. | car.c.lxviii. |
| Quanta uis eloquentia eſt | cap.viiii. | car.c.lxix. |
| Quantum momentū ſit in pronunciatione & apto motu corporis | cap.x. | car.c.lxx. |
| Quā magni effectus artiū ſint | cap.xi. | car.c.lxxii. |
| Quæ nulla arte effici poſſunt | cap.xii. | car.c.lxxiii. |
| Suæ queq; artis & auctorē & diſputatorem optimum eſſe | cap.xiii. | car.c.lxxiii. |
| De ſenectute | cap.xiiii. | car.c.lxxiiii. |
| De cupiditate gloriæ | cap.xv. | car.c.lxxvi. |
| Quæ cuiq; magnifica contigerunt | cap.xvi. | car.c.lxxviii. |
| **Noni Libri.** | | |
| De luxuria | cap.i. | car.c.lxxxii. |
| De crudelitate | cap.ii. | car.c.lxxxvi. |
| De ira & odio | cap.iii. | car.c.lxxxx. |
| De auaritia | cap.iiii. | car.c.lxxxxiii. |
| De ſuperbia & impotentia | cap.v. | car.c.lxxxxiiii. |
| De perfidia | cap.vi. | car.c.lxxxxv. |
| De ui & ſeditione | cap.vii. | car.c.xcvi. |
| De temeritate | cap.viii. | car.c.xcvii. |
| Quantum ualet error | cap.viiii. | car.c.xcviii. |
| De ultione | cap.x. | car.c.xcviii. |
| Dicta improba aut facta ſcelerata | cap.xi. | car.c.xcviiii. |
| De morte non uulgari | cap.xii. | car.cc.i. |
| De cupiditate uitæ | cap.xiii. | car.cc.iiii. |
| Quā exq̄ſita cuſtodia uſi ſunt q̄bus ſuſpecti domeſtici fuerunt | cap.xiiii. | car.cc.v. |
| De ſimilitudine formæ | cap.xv. | car.cc.vi. |
| De his q̄ īfimo loco nati mēdacio ſe clariſſimis familiis inſerere conati ſunt | cap.xvi. | car.cc.vii. |


FINIS.

RBIS Romæ exterarumq́ꝫ gentium facta ſimul ac dicta memoratu digna: q̃ apud alios latius OLI/
diffuſa ſunt. In ac p̃fatiõe: Valerius ſeruat qđ ꝓpriũ ẽ exordii: ut attentionẽ captet & docilitatẽ: VEri⁹
Proponit enim qbus de rebus dicturus ſit: & ſe rem utilem ſcriptuꝝ pollicef: idq́ꝫ q̃ breuiſſime
factuꝝ. Beniuolentiá quoq́ꝫ cõparat a perſona ſui: cũ officiũ ſuũ ſine arrogantia laudet: extenuat
quoq́ꝫ meritũ ſuũ cũ dicat ſe nõ tantũ igenio & induſtria ualere: ut oĩa cõplecti poſſit: neq́ꝫ cõfi/
dat: ea etiá de qbus tractaturus ſit: ſe uel ornatius: uel copioſius q̃ cæteros eſſe ſcriptuꝝ. In reliq̃
uero parte: nihil aliud agit: niſi ut plane adu/
letur Tiberio: nam inuocat eius numẽ: quod
proprium eſt poetarum: idq́ꝫ ſine adulationis
ſuſpitione fieri non poteſt. Vrbis Romæ:
eo ordine hiſtoriá exequitur: quo nunc ꝓpo/
nit: ná ubi primo domeſtica ponit exẽpla: de/
inde externa ſubiũgit. Exterarũq́ꝫ gẽtium:
Quia oĩa ferme oĩum reꝝ exempla ex multis
& pene ĩnumerabilibus: tá græcoꝝ: q̃ latino/
rũ uoluminibus ĩ unũ cõgeſta propoſuit. Ex/ Exter
teraꝝ dr̃ & Externaꝝ: ná & exter ĩuenif. Sta/ Exter
tius exter honos dixit. Vir. li. iiii. Et nos fas ex nus
tera q̃rere regna: at li. vi. Externiq́ꝫ iteꝝ thala/ Stati⁹
mi. Heſternus uero aſpiratũ cũ ſ aliud eſt: Ná Vir.
ab heri deducif. Facta ſimul ac dicta: ut qſq́ꝫ He/
recte fecerit aut dixerit oculis nr̃is ſubiiciat. ſter
Quæ apud alios: utilitatẽ oſtẽdit operis ſui: nus
dicit. n. apud alios eiuſmõi ꝓlixe tractata eſſe:
& ob eá rem nõ facile cõpræhẽdi poſſe. La/
tius diffuſa ſũt: lati⁹ diſpſa ſũt: ut nõ breuiter
cognoſci poſſint. Breuiter: Bene hic breui/
ter: qa apud alios lati⁹ ſiqdẽ ita ꝑcipi oportet:
queẽadmodũ apud eos: ſcripta ĩueniunf. Illu
ſtrib⁹ auctoribus: Ab auctoritate ẽt cõparat fi
dẽ: ſcriptis ſuis. Documẽta: hic nitif beniuo Docu
los reddere auditores: q ꝓfitef ſe illis minue/ mẽtũ
re laborẽ. Documẽta: exẽpla & monumẽta
uirtutis uel uicii: uirtutis ad ſuadẽdũ: uicii ad
deterrẽdũ: ut alteꝝ imitemur: alterum fugia/
mus. Labor abſit: Ná aliogn neceſſe foret ut
apud multos eiuſmõi exẽpla ĩueniref: qđ ſine
maxĩo labor̃ cõfici nõ poſſet. Nec mihi cun
cta cõple. qa nõ ſatis eſt ad beniuolẽtiá cõtra/
hendá officiũ ſuũ laudare: niſi id quoq́ꝫ exte/
nuaueris: ideo hoc facit: & attẽtionẽ parat: cũ
breuiter id ſe factuꝝ polliceaf. Ná cũ dicit ſe
nolle cuncta cõplecti: ſignificat ſe hiſtoriá bre
uiori libro uelle compræhẽdere. Quis. n. oĩs
æui: Nõ. n. ingt ego mihi uiribuſq́ꝫ meis ita cõ
fido: ut audeá oĩa polliceri ĩmo uero de mul/
tis pauca pſcribá: neq́ꝫ. n. ita ĩgenio meo fretus
ſum: ut ornati⁹ q̃ cæteri ſcriptores ſcribere au
deá. Voluminũ numero: utpote nouẽ libris:
hoc ĩter uolumẽ & librũ ĩtereſt: q uolumẽ ſi/ Liber
gnificat ꝑtes operis: nõ aũt totũ librũ: liber ue Volu/
ro & ꝓ toto codice & ꝓ uolumĩe accipif: idq́ꝫ men
Pli. oratoris teſtimõio cõprobaf: q dixit libri Hora.
tres: in ſex uolumĩa ꝑꝑ amplitudinem diuiſi. Flac.



VALERII Maximi Factoꝝ ac dictorum memo/
rabiliũ. Liber ad Tiberium Cæſarem. Prologus.

RBIS ROmæ exterarũq́ꝫ gentium facta ſimul ad di/cta memoratu digna: quæ apud alios lati⁹ diffuſa ſũt: q̃ ut breuiter cognoſci poſ/ſint ab illuſtribus electa au/ctoribus deligere conſtitui: Vt documẽta ſumere uolẽtibus lõge ĩquiſitiõis labor abſit. Nec mihi cũcta com/plectendi cupido inceſſit. Quis. n. omnis æui geſta modico uoluminum numero compræhenderit? Aut quis cõpos mentis domeſticæ peregrinæq́ꝫ hiſtoriæ ſeriem fœlici ſuperiori ſtilo cõditam: uel attentiore cura: uel præſtantiori facundia traditurũ ſe ſperauerit? Te igitur huic cœpto: penes quem hoĩum deorumq́ꝫ

Aut qs cõpos mẽtis: bene dixit niſi ſtult⁹ fuerit: ná q ſupra uires aliqd audet: hic ꝓpe ĩſaniá acceſſiſſe uf. Vnde
flacc⁹. Sumite materiá ueſtris q ſcribitis æquá Virib⁹: & uerſate diu qđ ferr̃ recuſẽt: Quid ualeát humeri. Quis
ergo ingt niſi maleſanus audeat cæteros ſcriptores eloquẽtia & ĩduſtria ſupare? Seriẽ: Ordinẽ: a ſerendo: hoc Series
eſt ordinãdo dictá. Fœlici: fœcũdo & copioſo. Supiori: maiori & elegãtiori. Cõditá: cõpoſitá. Quis ſperaue Virgi.
rit? q̃ſi dicat nemo. Te igi. pe. quẽ. Iá adulari ĩcipit: ſic & Vir. Tuq́ꝫ adeo quẽ mox q̃ ſint hitura deoꝝ Cõcilia in
certũ ẽ: & cætera. Nec miꝝ eſt q tá plane aduleť: nõ. n. mos ẽ ſcriptoribus ĩuocare. Hoc autẽ loco ĩuocat ĩperato/
rẽ q̃ſi deũ: qđ ſine adulatiõe facere nõ põt: q mos nõ ſit. Liuius. Cũ bõis potius ominibus: uotiſq́ꝫ ac p̃catiõibus
deoꝝ dearũq́ꝫ ſi ut poetis nobis quoq́ꝫ mos eẽt: libẽtius ĩcipemus: ut orſis táti operis ſucceſſus ꝓſperos darent.

cõſenſus maris:ac terræ regimẽ eſſe uoluit : certiſſima ſalus patriæ cæſar iuoco:cuius cæleſti ꝓuidẽtia uirtutes(de qbus dicturus ſum)benigniſſime fouenť:Vitia ſeueriſſime uindicanť.Nã ſi priſci oratores a Ioue optimo maxĩo bene orſi ſunt.Si excellẽtiſſimi uates a numine aliquo principia traxerunt:mea paruitas eo iuſtius ad fauorẽ tuũ decurrerit quo cætera diuinitas opiniõe colligitur:tua præſenti fide: paterno auitoq; ſyderi par uidetur:quorũ eximio fulgore multũ cærimoniis nr̃is iclytæ claritatis acceſſit.Reliquos eni deos accepius:cæſares dedimus.Et quoniã initiũ a cultu deoꝝ petere ĩ aĩo ẽ:de cõditiõe eius ſummatĩ diſſerã.

De cultu deorum. Cap. I.

MAiores ſtatas:ſolẽneſq; cærimonias põtificũ ſcĩa bene gerẽdaꝝ rerũ auctoritate: auguꝝ obſeruatiõe apollinis p̃dicatiõe:

Cõſenſus hoĩum:Quia dii & hoĩes ita cõſenſerũt:ut totius orbis terraꝝ mariſq; ĩperiũ obtineres. Certiſſima ſa.pa.ga ſalus p̃riæ ĩ te uno poſita ẽ:nã ĩperatores p adulationẽ parẽtes p̃riæ dicebãť:qđ Cicerõi nõ p adulationẽ
Iuuenalis datũ fuit poſt extĩctã nefariã Catilinæ cõiurationẽ ĩ cõſulatu ſuo.Iuuẽalis.Roma patrẽ patriæ ciceronẽ liberã dixit. Virtutes:fouenť:& uicia uĩdicãť.Id fortaſſe dicit qđ facere deberet ut uirtutes foueret:& uicia uĩdicaret.cũ .n.dicimus hoĩem aliqd magnũ facere:ſi facit:cõfirmamus:ſi nõ facit: hortamur ut faciat. Fouenť:Suſtẽtanť.
Nã ſi priſci oratores:oſtẽdit ſe rectius ĩuocaſſe cæſaris numẽ q̃ cæteroꝝ deoꝝ:quos ab oratorib⁹ & poetis ĩuocari cõſuetũ ẽ: dicit.n.ſi antiq oratores & poetæ ab aliquo numĩe ĩcepe:hi a Ioue:illi ab alio numĩe:ego quo minor ſũ cæteris hoc iuſti⁹ ad te cõfugio: quẽ uidem⁹ diuĩos honores meruiſſe: q; ãt priſci oratores ĩuocauerĩt numĩa an
Virgilius teq̃ oratiões ĩcoharẽt: oſtẽdit Vir.i.xi.æn.Præfat⁹ diuos ſolio rex ĩfit ab alto.Nã & Ser.ĩ enarratiõe huius carmĩs ſic ĩnqt.More antiquo:nã maiores nullã orõnẽ niſi ĩuocatis numinib⁹ ĩcohabãt:ſicut ſunt oẽs orõnes Catõis & grac
Cicero chi:nã generale caput ĩ oĩb⁹ legim⁹.Vnde Cicero:p irriſionẽ ait.Si qđ ex uetere aliq̃ orõne Iouẽ ego optimũ maximũ: &c. Ab Ioue.o.m.Cice.ĩ orõne cõtra clodiũ. Quo circa te capitolĩe quẽ pp beneficia populus Rõanus optimũ pp uĩ maximũ appellauit.Itẽ li.iii.de finibus bonoꝝ & maloꝝ. Cũ dicĩus Iouẽ optimũ maximũ eũdẽq; ſalutarẽ:hoſpitalẽ: ſtatorẽ:ĩtelligi uolumus ſalutẽ oĩum in ſua eẽ tutela. Numĩe:quia ita ĩcipe ſolebãt oratores antiq. Orſi.ſ.exordia ſũpſeř. Numĩe:ut ab apol
Virgilius lĩe:a libero:a cereř.Vnde Vir.Vos o clariſſima mũdi Lumĩa labẽtẽ cælo q̃ ducitis ãnũ: Liber & alma ceres. Cætera.d.cæteri ĩqt dii tãtũ opiniõe colligũť.i.tãtũmõ hoĩes opinãť cæteros eẽ deos:q; eos nũq̃ uiderĩt. Cæſares:ãt uidẽt:ergo cæteroꝝ deoꝝ qdẽ fides ẽ:ſed ĩcerta:Cæſaꝝ ãt p̃ſẽs & certa:qa dii cæſares oculĩs ĩpĩs cõſpiciũť:ergo q̃do de cæſaribus fides ẽ certior atq; p̃ſẽtior q̃ de cæteris diis tãto iuſtius ego tuũ numẽ ĩuocaui: q̃ cæteroꝝ deoꝝ ab oratorib⁹ & poetis ĩuo
Plini. cãť.P̃rno Auitoq; ſyderi.Pli.li.i.natu.hiſto.dicit:nõ multo poſt obitũ.C.Cæſaris ĩ ludis:quos faciebat auguſtus ueneri genitrici:appuiſſe ſydus crinitũ p.vii.dies ĩ regiõe cœli ſub ſeptẽtriõibus : qđ oriebať circa undecimã horã diei:Eo ſigno ſignificari uulgus credidit cæſaris aĩam ĩter deoꝝ ĩmortaliũ numĩa receptã. Et hoc teſtať ĩpe: Pli.ex uerbis auguſti:q qdẽ ĩteriori gaudio ſibi illud natũ ſeſeq; ĩ eo naſci ĩterp̃tatus ẽ:hoc ĩnqt ſalutare terris fu
Virgi. it.Vnde Vir.Ecce dionei ꝓceſſit cæſaris aſtrũ.In cuius tamẽ carmĩs expoſitiõe.Seruius nõ ueneri gẽitrici:ſed Patri Cæſari funebres tũc celebraſſe ludos auguſtũ dicit.Bene ergo dixit p̃rno auitoq; ſyderi.i. P̃rno: Octauiani.
Auito:Iulii cæſaris. Cærimõiis noſtris:Quia maxĩa læticia celebranť ſacra patris & aui:quoꝝ diuinitate auctæ ſunt cærimoniæ nr̃æ. Reliquos.n.d.ac.Nec immerito quidem factum eſt:ut uirtute Iulii cæſaris romani dicerentur deoꝝ auctores. Accepimus.ſ.ab aliis gentibus. Dedimus.ſ.a nobis. Et quoniam initium: Quandoquidem huc animus intendit:ut principium noſtrum ſumatur a religione: ab ea dicere incipiemus.
OLI. MAiores ſtatas:Aggredĩť nũc qđ pollicitus eſt:ut exẽpla ꝓponat memoratu digna:& primo qdẽ de religiõe:qbus facile pcipi põt eã p̃ cæteris curæ fuiſſe maioribus:ut nihil ne minimũ qdẽ p̃termitterẽt qđ ad religionẽ ptinere uidereť.Primo igiť dicit de ĩſtitutis maioꝝ:q̃ ad religionẽ ſpectabãt: quã illi oĩb⁹ ĩ rebus diligẽtiſſime ſeruabãt. Eſt ãt religio:uirtus q̃ ſupiori cuidã naturæ.i.deo cultũ cærimo
Religio niãq; affert:dicta a relegẽdo teſte Cice.li.de natura deoꝝ:q ſupſtitioſos a religioſis ita diſtĩguit:q totos ĩnqt dies
Ciçe. p̃cabanť & ĩmolabãt:ut ſui ſibi liberi ſupſtites eſſent:ſupſtitioſi ſunt appellati:qđ nomen primo latius patuit. Qui autem oĩa q̃ ad cultum deoꝝ ptinerẽt:diligenter retractarent:& tanq̃ relegerẽt:dicti ſũt religioſi ex relegẽdo. Maiores:Antiq & ueteres:illi quoꝝ mores fuere meliores:nã ĩpſi deoꝝ cultũ p̃ cæteris rebus procurarũt: maiores & minores:quotiẽs de priſcis & poſteris dicimus numero tantũ plurali declinať. Statas cærimonias:
Pom. ſtatæ cærimoniæ:ut uult Feſtus Põpeius:dicebanť ſacrificia q̃ certis qbuſdã diebus & ſtatutis celebrabãtur. Vn
Cato de Cato.Sacra ſtata & ſolẽnia ſancta deſeruiſti:alii ſtatas ꝓ ſtatutas dicũt:qdã etiam Iouis ſtatoris ſacra.Sed feſti melior eſt ſnĩa & expoſitio. Solẽnes:anniuerſaria ſacrificia q̃ ſingulis qbuſq; annis fiebãt:nã ſolẽnis a ſolo & anno cõponiť. Cærimonias:cærimõiæ apud latinos generaliter dicunť oẽs ritus ſacrificioꝝ a cerete oppido:ut ĩpſe paulopoſt dicturus eſt:uel a caritate ut aliis placet. Põtificũ ſcĩa:iure canonico:ut nos nũc dicimus ſiue põtificio:nã pontifices docebãt qbus tẽplis:qbus diis : quo tẽpore:quo ritu: qbuſq; ĩ hoſtiis ſacrificia fieri deberẽt.
Gerẽdaꝝ reꝝ: Quia ſacrificia q̃ ꝓ rebus gerẽdis ſuſcepiſſent:eaꝝ reꝝ auctoritate cõfirmata:ſolẽnia habebãť niſi ĩperator rẽ cũ hoſte cõmiſſurus tauꝝ marti ĩmolaſſet:& poſtea uictoriam cõſecutus eẽt id ſacrificiũ ex re bene geſta cõprobatũ ſolẽne habebať:nã ex eo qđ rẽ bene geſſiſſent ĩtelligebãt ea ſacrificia diis accepta fuiſſe:& ita cõfirmata auctoritate ſolẽnia haberi incipiebãt. Auguꝝ obſeruatiõe:ut q̃ captis auſpiciis augures diis gra

ta & ꝓbata fuiſſe dixiſſent ea ſolēnia haberent. Apollinis ꝓdi.ua.ut q̃ ſacrificia phœbades oraculo apollinis fie Phœ/
ri debere dixiſſent:ac diis placere:haberent̃ ſolēnia:ſicut ſæpe cōſultus apollo quomō ſacrificia fieri deberēt:uel bas
ad irā deoꝝ placādā:uel ad uictoriā cōſequēdā:uel ſi qd aliud opus eēt:rn̄debant phœbades uel tauro: uel agno: Magi
uel hoc ritu:uel illo:uel Ioui:uel Marti:uel his:uel illis ſacrificiū eē faciēdū. Vatū:phœbadū:nā phœbades apolli ca ars
nis uates dicūt̃:erāt āt uirgines ſic a phœbo denomīatæ:q̃ tēplū apollinis īgreſſæ:cū ad ipius adita:hoc ē penetra a Ro/
lia uēiſſent:apollinis ſpiritu afflatæ futura ꝓdicebāt. Libris portē.depulſis.i.ſupſtitioſoꝝ hoīum reiectis libris: manis
nā ut Liui.tradit.Sacrificuli qdā externi uene/ negle/
rūt Romā:q ſupſtitiōe potius q̃ religione aīos cta

uatū libris portētorū depulſa: hetruſca diſciplina ex/
plicari uolucrūt:priſco ēt inſtituto rebus diuinis opa
dat̃:quū aliqd cōmēdādū ē ꝑcatiōe:quū expoſcendū
uoto:quū exoluēdū gratulatiōe:quū īqrēdū uel extis
uel ſortibus īptito:cū ſolēni ritu pagēdum ſacrificio:
quo ēt oſtētoꝝ ac fulguꝝ denunciationes ꝓcurantur.

hoīum aſtringerēt. Aut libris portētoꝝ de/
pulſis:qa Romāi nunq̃ magicā artē admittere
uoluerūt:qđ Virgi.ꝑ Didonē teſtari uidet̃: cū
eā ita loquētē īducit.Teſtor cara deos:& te ger
mana tuūq;. Dulce caput magicas īuitā accigi
er artes:ubi Seruius.Cum multa inquit ſacra
Romani ſuſciperent magica ſemper damna/
rūt.Cice.quoq; & Pli.magicos & mathemati/
cos īpugnāt.Auguſti.quoq; ī ciuitate dei tradit aduerſus magicas artes legē.xii.tabulaꝝ eē.Libris ergo porten/ Augu
toꝝ.i.magoꝝ:q portētis qbuſdā denunciatis ī terrorē hoīes cōuertunt:ita ut eos ſui cōpotes eē nō ſināt. Hetru ſtinus
ſca diſciplina:ſcđm morē hetruſcoꝝ quē a thage in agro tarqnīeſi didicerūt:nā īde ſacra & cærimōias oēs roma
ni ſumpſerūt.Cōſtat.n.hetruſcos oīs diuini cultus ſtudioſiſſimos fuiſſe:hæc āt oīa Cice.ī orōne cōtra.P.Clodiū
plāiſſime oñdit:q illoꝝ ınqt prudētiā nō dicā aſſeq:ſed q̃ta fuerit ꝑſpicere poſſunt:q ſtatas ſolēneſq; cærimōias:
pōtificū reꝝ bene gerēdaꝝ auctoritates:auguria fatoꝝ:ueteres ꝓdicatiōes apollinis uatū libros:portētoꝝ expla
natiōes hetruſcoꝝ diſcipliā cōtineri putarūt:q tāta ē:ut nr̄i memoria primū italici belli funeſta pricipia:poſt ſyl
lani cīnaniq; tpis extremū pene diſcrimē:tū hāc recētē urbis īflāmādæ delendiq; īperii cōiuratiōnē nō obſcure
pauloante ꝓdixerit. Explicari:euolui:exponi:diffiniri. Priſco ēt inſti.nō ſolū īquit in obſeruādo cultu deoꝝ
hetruſcā diſciplinā ſecuti ſunt romani:ſed etiā alii ritus qdā ſacrificādi a ueteribus īſtituti ſeruant̃:ergo priſco in
ſtituto:qa nō ſolum ſacrificat̃ ſecundū hetruſcam diſciplinā:ſed etiā ſecundū īſtitutionē maioꝝ:nā ſicut illa ma
iores inſtituerunt:ita quæ ſequunt̃ maioꝝ inſtitutis ſunt ꝑcepta. Rebus diuinis opa dat̃.i.ſacrificia diis exhi/
bentur:nā diuinis rebus operā dare nihil aliud eſt niſi ſacrificare. Cum aliqđ cōmendādum:ut cum aliqđ bel
lum ſuſciperent:& diis exercitum Populi Ro.cōmendarent:diis ſacrificabāt:deinde cū iā bello ſuſcepto ꝓliū ini
turi eſſent numinibus aliqd uouebāt:uel tēplum uel arā uel munus aliqđ:ſi Po.Ro.uictoriā cōceſſiſſent poſtre/
mo uictoria potiti:quā a diis petierant:in actiōe gratiaꝝ uota ꝑſoluebāt:& hos ritus oſtendit īſtituiſſe maiores.
Cōmendādum:Ordinē ſecutus rectiſſimū:cū dicat cōmēdandū ꝑcatione expoſcendum uoto:ſoluendū gra/
tulatiōe:primo.n.anteq̃ bella ſuſciperent̃:cōmendabant̃ exercitus:deīde cū ꝓliū cōmiſſum fuerat:uotis expoſce
bat̃ uictoria:poſtremo uictis hoſtibus:qđ uotum fuerat cū gratiaꝝ actiōe ꝑſoluebat̃:ergo cōmēdandum ſuſce
ptis bellis:expoſcēdum cōmiſſis ꝓliis: ſoluēdum debellatis hoſtibus & deuictis belloꝝ caſibus. Gratulatiōe: Gra/
Quia diis gr̄as agebant ꝓ re bene geſta: nā gratulari cum ad deos refert̃ gr̄as agere : alias uero cū alio pariter de tular
re aliq̃ lætari ſignificat. Cū ingrendū uel extis uel ſortibus. Sunt inquit & alii ritus ſacrificādi a maioribus ī/
ſtituti:ut cū irati ſunt dii:& ſacrificiis irā eoꝝ placar̃ uolumus:primo īquirēdū ē cur irati ſint:& poſtq̃ explorata
fuerit ira deoꝝ: ꝓ q̃litate piaculi adhibēdū eſt ſacrificiū:explorabat̃ autē ira deoꝝ uel ꝑ exta:uel ꝑ ſortes:per exta
hoc mō ſi triſtia fuiſſent uel pallida uel aliq̃ pte mutilata : ſignificabant deos iratos eē:ſi uero læta uigentia & in
tegra dii ſignificabant̃ eē placati. Vel ſortibus:Duplex fuit apud priſcos ꝑcipuū diuinādi genus ꝑ ſortes:unas Du/
quidē ſortes uirgilianas appellabāt cū apto Vir.codice deſtinati q occurriſſent uerſus excipiebāt̃: de quo genere plex
helius Spartianus in adriani uita:quo quidem tpe cum ſolicitus de īperatoris erga ſe iudicio uirgilianas conſu/ Diui/
leret ſortes:in hos incidit uerſus.Quis procul ille autē ramis inſignis oliuæ. Sacra ferens:noſco crines incanaq; nandi
mēta Romani regis primā qui legibus urbē Fundauit:curribus ꝑuis:& paupere terra Alteꝝ fuit ſortiū genus genus
uetuſtiſſimū:a ſacerdotibus cōfictū reſpōſiſq; oraculoꝝ nō diſſimile:qđ īſcripta foliis arborum tabelliſq; diuer
ſoꝝ euentū eulogia ad deorū puluinaria erāt ita diſpoſita:ut qđ petitiōi cōducere uideret̃:artificio quodā in ſpē
uel in metum ſuſcitantem īducerent:hinc illud Liuii li.xxii.ſortes attenuatas:Vnāq; excidiſſe ita ſcriptam . Ma
uors telum ſuum concutit:quomodo fierent procurationes idē Liuius docet. Impartito:adhibito ſolemni ri
tu.primo inquirendum eſt: poſt inquiſitionem ꝓ qualitate piaculi adhibendum eſt ſacrificiū:ergo ubi cauſam
cognouiſſent iræ deorum in extis uel ſortibus ſtatim expiabantur ritu ſacrorum. Quo.ſ.ſacrificio : non eo/
dem dicit ſacrificio purgari denunciationes:fulgurum & oſtētorum: quo purgabant ea quæ ſortibus uel extis
inquiſita ſunt.Sed alio ſacrificio uidelicet ſacrificio oſtentorum.Vt uerbi gratia ſi lapidibus pluiſſet nouendali
ſacrificio expurgabatur:quia nouem diebus ſacrificiis operā dari oportebat.Liuius id multis in locis:ſed libro Liui.
quinto ſecundi punici belli:per aliquot inquit dies conſules diuinis rebus operam dederunt:& per omnes dies
ſacrum nouēdiale fuit. Ac fulgurum:ut ſi tecta publica de cælo tacta fuiſſent maioribus hoſtiis expiari opor
tebat. Denunciationes:Quia denūciabāt aliquid in inſtare reipublicæ. Procurātur.Expiantur: purgantur.
¶ Maiores ſtatas.Non ab re priſci Grammatici inter officii ſui partes:haud ultimam ſtatuerunt poſituræ ratio THE.
nem.Nicanorq; in eo genere tantum ſtudi collocauit:ut inde ςιγµατιασ appellari meruerit.Emēdatus enim
codex niſi diſtinctus eſſe qui poteſt? Ecce confuſo in hoc Valerii capite textu orationis:aut nullus aut certe inſul
ſus extabat ſenſus.Accepit hæc(ut ad rē ueniā)Valerius ex Cicerōe cuius in ea quā de Auruſpicū reſpōſis inſcri/

p̄ſit oratiōe uerba ſunt hæc. Ego uero primum habeo auctores ac magiſtros religionū colēdarum maiores noſtros: quoꝝ mihi fuiſſe tāta ſapiētia uidet̄: ut ſatis ſuperq; prudentes ſint qui illoꝝ prudētiā nō dicā aſſequi: ſed quāta fuerit perſpicere poſſunt. Qui ſtatas ſollenniſq; cærimonias pōtificatu: Reꝝ bene gerēdarū auctoritates: augurio fatorū. Veteris prædictiones Apollinis: Vatum libris. Portētorū explanationes Etruſcorum diſciplina cōtineri putarunt &c. Ex iis arbitror apparet aliter eſſe diſtinguēda cōmata: q̄ cōpitalicii magiſtri cōſueuerunt. hoc ordine atq; ſenſu Maiores noſtri ſtatas & ſollennes cærimonias pōtificū ſciētia uoluerūt explicari: nā tota ſacrificādi ratio a Collegio pōtificū: petebatur: ut diſcimus ex Cicerone Liuioq;. Sed auctoritatē rerū bene gerēdarū uoluerūt explicari obſeruatiōe augurū. quippe romani publice niſi auſpicato nihil īcohabāt: ut auctor ē ipſe Tullius. Predictiones & Apollinis oracula: Vatū .i. Sibyllarū uel Martiorū libris. Depulſa uero portētoꝝ .i. ꝓcurationes ad auertendas portētoꝝ minas: Etruſca diſciplina explicari uoluerūt. Priſco etiā iſtituto .i. ueteri ſacrorū cōſuetudine impartito ſacrificio cū ſolemni ritu: rebus diuinis opera dat̄: quō precatione aliquid eſt cōmendandū: quom eſt expoſcendū uoto: quom exoluendū gratulatione: quom Inquirendū uel extis uel ſortibus: repetēdū ſemper eſt priſco inſtituto rebus diuinis opera datur per ſingula cōmata: ſicut illud: explicari uoluerūt. in ſuperioribus. Hæc eſt Elegās & uera Georgii Merulæ expoſitio. quam Doninus eruditus admodū Iuuenis eius auditor excepit: & mecū comunicauit. is affirmabat Merulā iuſſiſſe induci. uerbū peragēdū. quia ſenſū deſtrueret. Aliqua Codrus urceus & Raphael Rhegius ad hanc rem prodiderūt ſed utroq; prior ut accepi Merula iam promulgarat: & ſi præuentus eſt editione non propterea ſua laude fraudari debet.

De Cerere placanda.

TAntū āt ſtudiū antiq̄s nō ſolum ſeruāde: ſed etiam amplificādæ religiōis fuit: ut florētiſſima tū & opulētiſſima ciuitate decem principum filii ſenatus conſulto ſingulis hetruriæ populis percipiendæ ſacrorum diſciplinæ gratia traderentur.

CEreriq; quā more græco uenerari īſtituerāt: Sacerdotem a Velia: cū id oppidum nondū ciuitatis accepiſſet nōmen chalcitanam peterēt: uel ut alii dicunt chaliphenam: ne deæ uetuſtis ritibus perita deeſſet Antiſtes. Cuius cum in urbe pulcherrimum templum haberēt: gracchanoq; interitu pollutū moniti ſibyllinis libris: ut uetuſtiſſimā cererē placarēt ætnā: quoniam ſacra eius īde orta credebāt: quindecim uiros ad eam propitiandam miſerunt.

OLI. Etruſcā diſciplinā qti facerēt romani

